Incipit liber Octauus · Qꝫ ſtatim in prīcipio ſit reprimenda luxuria · Capitulū primū ·

VTile ꝯpoſituꝫ eſt ſeuas extīguere flāmas Ouidiꝰ ·
Nec ſeruū viciȷ̄s pectus habere ſuū
Dum licet ⁊ modici tangūt ꝑcordia motꝰ
Si piget in primo limine ſiſte pedem
Opprime duꝫ noua ſunt ſubito mala ſemina morbi
Et tuus incipiens ire reſiſtat equus
Nam mora dat vires / teneraſquoqꝫ percoquit vuas
Et validas ſegetes quod fuit herba facit
Que prebet latas arbor ſpaciantibus vmbras
Quo poſita eſt primo tepore / virga fuit
Tunc poterat manibus ſūma tellure reuelli
Nunc ſtat in immenſum viribus aucta ſuis
Nam mora maturat fruges · ∴ mora ſemper amantes ·∴ Alexā
Incitat / exiguū ſi modo tempus erit ·∴ Ouidi
Quale ſit id quod amas celeri circūſpice mente
Et tua leſuro ſubtrahe colla iugo
Principiȷ̄s obſta ſero medicina patur
Cuꝫ mala per longas inualuere moras
Sed ꝯpera nec te venturas differ in horas
Qui non eſt hodie cras minus aptus erit
Verba dat omnis amans repitqꝫ alimenta morando
Optima vindicte proxima queqꝫ dies
Flumina magna vides / ꝑuis de fontibus orta
Plurima collectis multiplicantur aquis
Vidi ego quod fuerat primo ſanabile vulnus
Dilatum longe dampna tuliſſe more
Sed quia delectat veneris decerpere fructus
Diſcimus aſſidue cras quoqꝫ fiet idem
Interea tacite ſerpunt in viſcera flamme

Et mala radices altius arbor agit
Elleborum fruſtra cum iam cutis egra tumebit
Poſcentes videas / venienti occurrite morbo
Luca. Hec ꝓpere .nocuit ſemper differre paratis
Qualiter conſulendū ſit luxurioſis. Capitulū.ij
Ouidi9. Si tamē auxilij perierunt tempora primi
Et vetus in capto pectore ſedit amor
Maius opus ſupereſt/ſed non quia ſerior egro
Aduocor/ille michi deſtituendus erit
Qua leſus fuerat/partem peancius heros
Debuerat celeri preſecuiſſe manu
Poſt tamen hic multos ſanatus creditur annos
Supremā bellis impoſuiſſe manum
Qui modo naſcentes ꝓperabam pellere morbos
Admoneo tardam nū quoqȝ lentus opem
Aut noua ſi poſſis ſedare incendia temptes
Aut vbi per vires procubuere ſuas
Dum furor in curſu eſt currenti cede furori
Difficiles aditus impetus omnis habet
Stultus in obliquo qui cum deſcendere poſſet
Pūgnat in aduerſas ire natator aquas
Impaciens animus/nec adhuc tractabilis arte
Reſpuit/atqȝ odio verba monentis habet
Aggrediar melius tunc cū ſua vulnera tangi
Iam ſinet et veris vocibus aptus erit
Quis mrēm niſi mentis inops in funere nati
Flere vetat/non hoc illa mouenda loco eſt
Cū dederit lacrimas/animūqȝ repleuerit egrum
Ille dolor verbis emoderandus erit
Temporibns medicina valet/data tēpore proſunt
Et data non apto tēpore vina nocent

Quin etiā accendas vicia irritesqꝫ vetādo
Temporibus ſi non aggrediare ſuis .

Qꝫ confeſſio ſit medicina viciorum. Cap. iij.

Si tegat ex toto faciem motuſqꝫ doloris — Pāphilꝰ
Et tetat opaca virga ſalutis opem
Forſitan euenient peiora prioribus illis
Hi me continget forſitan inde mori
Eſtimo monſtrari melius / nam conditus ignis
Acrior effuſis ignibus eſſe ſolet
Plagaqꝫ ſepe malū parit incōfeſſa necemqꝫ
Crimina ne celes .˙. magna eſt medicina fateri — .˙. Hedu
Quod nocet abſcōdi / qm̄ ſua vulnera nutrit
Qui tegit / et plagam trepidat nudare medenti

De fugiendo ocio / et de occupationibus diuꝭ. c. iiij.

Quiſquis vſus eris noſtra medicabilis arte — Ouidiꝰ.
Fac / monitis fugias ocia primo meis
Hoc vt ames faciunt hec que fecere tuentur
Hec ſunt iocundi cauſa cibuſqꝫ mali
Ne noceat carnē compeſce labore / labora — Thobias
Langueſcit viciū / nil age morbus adeſt
Ocia ſi tollas periere cupidinis arcus — Ouidiꝰ.
Contempteqꝫ iacent et ſine luce faces
Quā platanus riuo / ꝗ̄ gaudet populus vnda
Et ꝗ̄ limoſa cana paluſtris homo
Tam venus ocia amat / qui finē queris amoris
Cedit amor rebus / res age tutus eris
Languor et immodici ſub nullo vindice ſompni
Aleaqꝫ et multo tempora quaſſa mero
Eripiunt omnes animi ſine vulnere vires
Affuit incautis deſidioſus amor
Deſidiam puer ille ſequi ſolet / odit agentis

Da vacue menti quo teneatur opus
Sunt fora/ſunt leges ſūt quo tuearis amici
Vade per vrbane ſplendida caſtra toge
Vel tu ſanguinei iuuenilia munera martis
Suſcipe/delicie iam tibi terga dabunt
Queritur egiſtus quare ſit factus adulter
In promptu cauſa eſt/deſidioſus erat
Pūgnabant alij tardis apud ylion armis
Tranſtulerat vires grecia tota ſuas
Siue operā bellis vellet dare/nulla gēbat
Siue foro/vacuum litibus argos erat
Quod potuit fecit/ne nil ageretur/amauit
Sic venit ille puer ſic puer ille manet
Ruraqꝫ oblectant animos/ſtudiumqꝫ colendi
Quelibet huic cure/cedere cura poteſt
Cū ſemel hec animū cepit mulcere voluptas
Debilibus pēnis irritus exit amor
Vel tu venandi ſtudium cole/ſepe receſſit
Turpiter/a phebi victa ſorore venus
Nocte fatigatum ſomnus/non cura puelle
Excipit/et dulci mēbra quiete leuat
Aut hijs aut alijs donec dediſtis amare
Ipſe tibi furtim decipiendus eris.

Qꝫ fugiendum ſit ab amica. Capitulum. v.

Ouidi⁹. Tu tamen q̄uis firmis retinebere vinclis
I procul et longas carpe pge vias
Flebis/et occurret deſerte nomen amice
Stabit et ī media pes tibi ſepe via
Sed quāto minus ire voles magis ire memēto
Perfer/et inuitos currere coge pedes

Nec pluuias optes /nec te peregrina morentur
Sabbata/nec dampnis alea nota ſuis
Nec quot tranſieris /ſed quot tibi quere ſuperſint
Milia/quo maneas /nec ꝓpe finge moras
Tempora nec numera/nec crebro reſpice romam
Sed fuge/tutus adhuc parthus ab hoſte fuga
Dura aliquis p̄cepta vocat mea/dura fatemur
Eſſe/ſed vt valeas /multa dolenda feres
Sepe bibi ſucos q̄uis inuitus amaros
Eger/et oranti menſa negata michi ē
Vt corpus redimas ferrum pacieris et ignes
Arida nec ſiciens ora lauabis aqua
Sed tamen eſt artis triſtiſſima ianua noſtre
Et labor eſt vnus tempora prima pati
Aſpicis vt preſſos vrant iuga p̄ma iuuencos
Et noua velocem cingula ledat equū
Forſitan a laribus patrijs exire pigebit
Sed tamen exibis /deinde redire volens
Nec te lar patrius /ſed amor reuocabit aīce
Pretendens culpe ſplendida verba tue
Cum ſemel exieris centum ſolacia cure
Et rus et comites /et via longa dabunt
Non ſatis eſſe putes diſcedere/lentus abeſto
Dum perdat vires /ſitqꝫ ſine igne cinis
Quod niſi firmata ꝓperabis mente reuerti
Inferet arma tibi ſeua/rebellis amor.

De fugiendis beneficijs. Capitulū. vi.

Fallitur hemome ſiquis mala papula terre Ouidi9.
Et magicas artes poſſe iuuare putat
Iſta beneficij vetus eſt via/noſter Apollo
Innocuam ſacro carmine monſtrat opem

Ardet et aſſuetas certe decurrit ad artes
Non illi tamen eſt attenuatus amor
Ergo quiſquis opem noſtra tibi queris ab arte
Deme beneficijs / carminibuſqꝫ fidem

De querendis occaſionibus contra amicā. ca. vij.

Ouidius.
Si te cauſa potens domine retinebit in vrbe
Accipe conſilium quod ſit in vrbe meum
Optimus ille fuit vindex ledencia pectus
Vincula / qui rupit dedoluitqꝫ ſemel
Sed cui tantum animi eſt illum mirabor / et ipſe
Et dicam / monitis non eget ille meis
Sepe refer tecum ſcelerate facta puelle
Et pone ante oculos omnia dampna tuos
Illud et illud habet / nec ea contenta rapina eſt
Sub titulo noſtros miſit auara lares
Sic michi iurauit / ſic me iurata fefellit
Ante ſuas quociens paſſa iacere fores
Diligit ipſa alios / a me faſtidit amari
Inſtitor heu noctes quas michi non dat / habet
Hec tibi per totos marceſcant omnia ſenſus
Hec refer / hinc odij ſemina querere tui
Atqꝫ vtinam poſſes eciam facundus in iſtis
Eſſe / dole tm̄ ſponte diſertus eris
Heſerat in quadam nuper mea cura puella
Et fateor medicus turpiter eger eram
Profuit aſſidue vicijs inſiſtere amice
Idqꝫ michi factum ſepe ſalubre fuit
Et mala ſunt vicina bonis / errore ſub ipſo
Pro vicio virtus crimina ſepe tulit
Qua potes in peius dotes deflecte puelle
Iudiciumqꝫ breui limite falle tuum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De feditate coitus conſideranda. Capitulum. viij. Ouidi9.

Nunc tibi que medio veneris preſtem9 in vſu
Eloquar/ ex omni partẽ fugandus amor
Multa quidem ex illis pudor eſt michi dicere/ ſed tu
Ingenio verbis concipe plura meis
Forſitan hic aliquis precepta qꝫ dura vocabit
Sed que non proſunt ſingula/ multa iuuant
Parua necat morſu ſpacioſum vipera taurũ
A cane non magno ſepe tenetur aper
Tu tm̃ numero pũgna/ preceptaqꝫ in vnum
Contrahe/ de multis grandis aceruus erit
Ille ꝙ obſcenas in apto corpore partes
Viderat/ in curſu qui fuit/ heſit amor
Ille ꝙ a veneris rebus ſurgente puella
Vidit in imundo ſigna pudenda thoro
Dij melius q̃ nos moneamus talia quẽꝙ
Et proſunt/ nec ſunt expedienda tamen

De amore diſſimulando. Capitulũ. ix. Ouidi9.

Quãuis infelix media torreberis ethna
Frigidior domine fac videare tue
Et ſanum ſimula/ ne ſiquid forte dolebis
Senciat/ et ride cum tibi flendus eris
Non ego te iubeo medias abrumpere flãmas
Non ſunt imperij tam fera iuſſa mei
Quod nõ es ſimula poſitoſqꝫ imitare furores
Sic facies vere ꝙ medicatus eris
Sepe ego ne biberem volui dormire videri
Dum videor ſompno lumina ficta dedi
Deceptum riſi/ qui ſe ſimulabat amare
In laqueos anceps deciderat qꝫ ſuos
Intrat amor mentes vſu/ dediſcitur vſu

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Qui potuit ſanum fingere ſanus erit
Qꝫ non ſit reluctandum luxurie. Capitulum. x.
Ouidiꝰ. Iam quoniā variāt animi/variabimus artes
Mille mali ſpecies/milli ſalutis erunt
Corpora vix ferro quedam ſanantur acuto
Auxilium multis ſucus et herba dedit
Mollior es/nec abire potes/vinctuſqꝫ teneris
Et tua ſeuus amor ſub pede colla tenet
Deſine luctari referent tua carbaſa venti
Pāphilꝰ Has de corde meo temptaui demere curas
Sepius obſtanti/tunc magis arſit amor
Me ſibi ſubit amor/illi licet vſqꝫ repūgnem
Neqꝫ repūgnantem tunc magis vrget amor
Et maiora ſuo ſurgnnt incendia motu
Viſqꝫ repungnando maior et ira furit
Non potes ergo tuas bellis extinguere flammas
Sed cum pace tuus/micior ignis erit
Ouidiꝰ Cede repungnāti/cedendo victor abibis
*Qua ſpē martis/cedit victoria Parthis
Cypris eo marte vel ea deluditur arte
Alanus Hic iuueni ſub marte nouo/noua lancea cedit
Dum fugit/ergo fugat/dum cedit ceditur illi
Dum cadit erigitur/dum vincit vincitur/audet
Dum timet/expūgnat/ dum pūgnam deſerit abſens
Inſtat/et in bello preuentus/preuenit hoſtem
Ouidiꝰ. Poſſe pati facile eſt tibi non pacientia deſit
Protinus ex facili gaudia ferre licet.
De fugiendo loco ſolitario. Capitulum. xi
Ouidiꝰ. Quiſquis amas loca ſola nocēt/loca ſola caueto
Quo fugis in populo tucior eſſe potes
Nam tibi ſecretos augent ſecreta furores

Eſt opus auxilio turba futura tibi eſt
Triſtis eris ſi ſolus eris / domineqꝫ relicte
Ante oculos facies ſtabit vt ipſa tuos
Triſtior idcirco nox eſt quam tempora phebi
Queqꝫ leuet luctus turba fidelis abeſt
Nec fuge colloquiū / nc̄ ſit tibi ianua clauſa
Nec tenebris luctus flebilis abde tuos
Semper habet piladem aliquē qui curet horeſtem
Huius amicitie non leuis vſus adeſt
Quid niſi ſecrete leſerunt fillida ſilue
Certa necis cauſa eſt incomitata fuit
Fillidis exemplo nimium ſecreta timete
Leſe vir a domina / leſa puella viro

De fugiendis conſorcijs amancium. Capitulū. xij

Deſtiterat iuuenis quicqd mea muſa docebat — Ouidi9.
Inqꝫ ſue portu pene ſalutis erat
Decidit / vt cupidos inter deuenit amantes
Etque deciderant tela reſumpſit amor
Siquis amas / nec vis / facito contagia vites
Hec eciam pecori ſepe nocere ſolent
Dum ſpectant oculi leſos / leduntur et ipſi
Multaqꝫ corporibus / tranſitione nocent
In loca non nūquam ſiccis arenda glebis
De prope currenti flumine manat aqua
Manat amor tectus / ſi non ab amante recedas
Turbaqꝫ in hoc omnes ingenioſa ſumus

De cauenda vicinitate amice. Capitulum. xiij.

Alter item iam ſanus erat vicinia leſit — Ouidi9.
Occurſum domine non tulit ille ſue
Vulnus in antiquū redijt male ſana cicatrix
Succeſſumqꝫ artes non habuere mee

Proximus a tectis ign's defenditur egre
Vtile finitimis abſtinuiſſe locis
Non facile eſuriens viſa retinebere menſa
Et multum ſaliens incitat vnda ſitim
Non facile eſt taurum viſa retinere iuuenca
Fortis equus viſe ſemp̄ adhinnit eque
Et ſoror et mater valeant et conſcia nutrix
Et quicq̄d domine pars erit vlla tue
Nec ſeruus veniat / nec flens ancillula dicat
Suppliciter domine nomine dicat aue.

¶ Q̄ moderate ſit ceſſandum ab amore. Cap. xiiij

Idem. Tu quoq3 q̄ cauſam finiti queris amoris
Deq3 tua domina multa querenda refers
Parce queri / melius ſic te vlciſcere tacendo
Dum deſiderijs effluat illa tuis
Sed meliore fide paulatim extinguit̄ ignis
Quā ſubito / lente deſine / tutus eris
Flumine perpetuo torrens ſolet altius ire
Sed tamen hic breuis eſt / illa perhennis aqua
Fallat et in tenues euanidus exeat auras
Perq3 gradus molles emoriatur amor
Sed modo dilectam ſcelus eſt odiſſe puellam
Exitus ingenijs conuenit ille feris
Nec curandus adeſt / odio q̄ finit amorem
Aut amet / aut egre deſinat eſſe miſer
Turpe vir et mulier modo iuncti ꝓtinus hoſtes
Non tales lites appias ipſa probat

¶ Quid fiat ſi amantes conuenerint. ¶ Cap. xv

Ouidius. Quid ſi vos aliquis caſus conducit in vnū
Mente memor tota que damus arma tene
Nunc opus eſt armis / non o fortiſſime pūgna

Vincenda eſt telis pentiſilea tuis
Vt bene pūgnemus bene pungnans efficit hoſtis
Non tibi riualis non durum limē amice
Non ſubeant medijs irrita verba deis
Nec compone comas cum ſis venturus ad illaz
Nec toga ſit laxo conſpicienda ſinu
Deſinimus tarde quia nos ſperamus amari
Dum ſibi quiſqȝ placet / credula turba ſumus
At tu nec voces / quid enim fallacius iſtis
Crede / nec eternos pondus habere deos
Neue puellarum lacrimis moueare / caueto
Vt flerent oculos erudiere ſuos
Artibus innumeris mens expūgnatur amantum
Vt lapis equoreis vndiqȝ pulſus aquis.

De reiciendis ſcripturis amice. Capitulū. xvi.

Exiguum eſt quod deinde canam / ſed ꝓfuit illud
Exiguum multis in quibus ipſe fui — Ouidi9.
Scripta caue relegas blande ſeruata puelle
Conſtantes animos ſcripta relecta mouent
Omnia pone feros ꝙuis inuitus in ignes
Et dic / ardoris ſit rogus iſte mei
Si potes et ceras remoue / quid ymagine muta
Carperis / hoc perijt laodomia modo.

De vitando loco turpi. Capitulū. xvij

Et loca ſepe nocent / fugito conſorcia veſtri — Idem.
Concubitus / cauſas illa doloris habent
Hic fuit / hic cubuit / thalamo dormiuimus illo
Hic michi laſciua gaudia nocte dedit
Ammonitu recreatur amor / vulnuſqȝ nouatum
Scinditur / infirmis cauſa puſilla nocet
Et pene extinctum cinerem ſi ſulfure tangas



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Viuet / et e minimo maximus ignis erit
Hic niſi vitaris quicquid renouabit amorem
Flamma recandeſcit que modo nulla fuit
Preterita cautus neſcide nauita gaudet
Tu loca que nimium grata fuere caue
Cogis adulterium dando tempuſqꝫ locuſqꝫ
Ille locus caſti ſigna pudoris habet
Pāphil9 Non decet in ſolo nos habitare loco
Nam loca ſola nocent / infamia naſcitur inde
Si venerem vitare cupis / loca / tempora / vita
Nam locus et tempus pabula prebent ei

Qꝫ paupertas ſit remedium luxurie. Cap. xviij.

Ouidi9. Sunt que non poſſunt vllo cogente moueri
Sepe tamen caſu facta leuare ſolent
Perdat opes fedra partes neptune nepoti
Nec faciet pauidos taurus auitus equos
Delicijs alitur luxurioſus amor
Thobias Victus ſobrietas dat grata remedia luxus
Et veneris / paucis vtere / luxus obit
Ouidi9. Cur nemo eſt ecatem / nemo eſt que ceperit iron
Nempe quia alter egens / altera pauper erat
Non habet vnde ſuum paupertas paſcat amorem
Non tamen hoc tanti pauper vt eſſe velis
Eneruant animos / cythare / cantuſqꝫ / lireqꝫ
Et voxa humeris brachia mota ſuis.

Qꝫ nō ſūt legenda ſcripta turpiū poetarū Ca. xix

Ouidi9. Eloquor inuitus teneros ne tange poetas
Submoueo dotes ipſius ipſe meas
Callimacum fugito non eſt inimicus amoris
Et cum callimaco tu quoqꝫ cohe noces
Me certe ſapho meliorem fecit amice

Nec rigidos mores regia musa dedit
Carmina quis potuit tuto legiſſe tibulli
Vel tua / cuius opus cinthia ſola fuit
Quis poterit lecto durus diſcedere gallo
Et mea neſcio quid carmina dulce ſonat
Ac tibi riualem noli tu fingere quemquā
Inq; ſuo ſolam crede iacere thoro.

Q; non ſemper poſſūt curari vicia. Capitulum. xx

Arma valent per ſe nullūq; machaona querūt — Ouidius.
Ad dubiam medicus confugit eger opem
Non eadem ratio eſt ſentire et demere morbo
Senſus ineſt cunctis tollitur arte malum
Non eſt in medico ſemper releuetur vt eger
Interdum docta plus valet arte malum
Cernis vt e molli ſanguis pulmone remiſſus
Ad ſtigias certo limite ducat aquas
Afferat ipſe licet ſacras epidaurius herbas
Sanabit nulla vulnera cordis ope
Ey michi q; nullis amor eſt medicabilis herbis
Tollere nodoſam neſcit medicina podagrā
Nec formidandis auxiliatur aquis
Cura quoq; interdum nulla medicabilis arte eſt
Aut ſi ſit longa eſt extenuanda mora.

Explicit liber Octauus.

Incipit liber nonus De virtutibus. Diffinicio virtutis.

Capitulum primuȝ

Virtus eſt medium viciorū vtrīq; redactū — Oracius

Diffinicio v̄tutis ꝗ ſapiēcia de caā appetēda

Virtus eſt viciū fugere ꝗ ſapiencia prima — Idem.
Stulticia caruiſſe / vides que maxima credis
Eſſe mala / exiguum cenſum / turpemq; repulſam